



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Autoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 57. Quænam vacatio veniat nomine vacationis simpliciter prolatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

non videntur proprie dici vacare, nisi ad summum vacatione vacantis illius beneficii, cui accessorie unita.

4. Resp. quartò: Beneficia seu Præbendæ ecclesiæ non numeratæ seu receptitiæ (quales dicuntur in quibus non est certus præbendarum numerus, sed secundum futurum supercrescentiam beneficiati crescunt vel decrescunt) etsi sint vera beneficia, ut Gomel. nunquam vacant, sed confestim, ut titularis decedit supprimuntur, expirant, & esse desinunt Lotter. l. c. num. 82. citans c. dilectio de præb. §. c. ex parte. de concess. præb. Gomel. gl. 9. §. 3. num. 10. & AA. communiter in cit. c. dilectio. vide me for. benef. p. 3. quæst. 22. num. 3.

Quæst. 57. Quanam vacatio veniat nomine vacationis simpliciter prolato?

Resp. Facta in supplicatione seu impetratione mentione de vacatione simpliciter, nullo expresso modo certo, comprehenduntur omnes modi vacationis, id est, tam vacatio per mortem civilem, quam naturalem; tam per resignationem, quam per privationem. Gloss. in c. si propter. de rescript. in 6. v. vacabunt. Gloss. in c. quia sepe. de præb. in 6. v. vacant. Garc. de benef. p. 11. c. 1. à num. 3. Paris. de resig. l. 11. quæst. 14. num. 24. Barbof. jur. eccles. l. 3. c. 14. num. 74. (ubi etiam cum Garc. loc. cit. quòd id procedat in materia penali) Pirh. h. t. num. 28. & plures alii, quos pro hoc citavi in for. benef. p. 3. quæst. 4. Sic si detur alicui expectantia simpliciter de beneficio vacaturo, comprehenditur omnis modus vacandi. Garc. loc. cit. num. 6. sic, si in Reg. 8. Cancell. apposita non essent verba: quocunque modo: comprehenderentur vacatura quocunque modo vacatura, exceptis vacaturis in Curia vel per resignationem. Gonz. loc. cit. gloss. 15. num. 1. & 2. Sic etiam in dubio appellatione vacationis intelligitur vacatio tam de jure quam de facto seu omnimoda vacatione. Gonz. loc. cit. num. 9. Unde etiam, dum Papæ facienti gratiam narratur vacatio, is supponit, beneficium vacare omnimodè, hoc est, tam de jure quam de facto. Lotter. de re benef. l. 3. quæst. 8. num. 21. cum nemini neque in possessione præjudicare intendat, ut Gonz. loc. cit. citatis Abb. Butr. Imol. Sitamen mentio facta de possessione alterius, non videtur intelligere quam vacationes de jure tantum, neglectâ ea possessione. Lotter. loc. cit. num. 2. Nihilominus in materia ambitiosa, qualis est impetratio beneficiorum, appellatione vacationis venire veram & non fictam & qualificatam (qualis vacatio ficta est vacatio illa per obitum in regula de infirmis) ait Paris. l. 12. quæst. 10. num. 5. de quo vide me l. c. num. 5.

Quæst. 58. An & qualiter expresso uno modo vacationis, non veniat alius?

Resp. Hanc quæstionem integrè & accuratè cum limitationibus suis à me tractatam videri posse in foro benef. p. 3. quæst. 5. uti & illas ei affines: an & qualiter elidatur vis clausule: seu præmissio seu alio modo: quæst. 6. & qualiter verbum vacare usurpatum in hoc vel illo tempore, comprehendat alia quoque tempora. quæst. 7.

R. P. Leur. jur. Can. Lib. III.

Quæst. 59. Qualiter vacatio & modus & mensis exprimenda in impetratione & provisione beneficii?

1. Resp. primò: Post expressam per impetrandum qualitatem beneficii, in principio precum narrandam esse positivè ejusdem vacationem, seu illud vacare per verba: cum vacaverit & vacet de presente: extra controversiam est; cum in hoc uno præcipuè consistat honestas gratiæ, tam ex parte supplicantis, ne videatur captare mortem alterius; quam ex parte concedentis illam, dum is, sive Papa, sive alius collator, censendus sit, velle cuique jus suum integrum servare, nec ulli præbere causam captanti mortem alterius. Lotter. l. 2. q. 8. num. 1. & 2.

2. Resp. secundò: Licet olim necessè non fuerit exprimere modum vacationis, sed tantum vacationem in genere, cum facta simpliciter mentione vacationis includatur omnis modus vacationis. Chok. ad Reg. 46. Cancell. num. 6. idemque adhuc hodie sit attenda juris communis dispositione. Barbof. jur. eccles. l. 3. c. 14. num. 72. Lotter. loc. cit. num. 9. citans alios. Tond. 99. benef. p. 1. c. 130. num. 3. dicens, hanc juris communis dispositionem servari in Gallia. Modò tamen vi cit. Reg. 46. necessariò exprimendus etiam certus modus vacationis, ita ut aliàs interpretatio & provisio sit nulla. Chok. loc. cit. Lotter. num. 12. Idque non tantum in gratia neutri, ut Rota decis. 24. de rescript. in novis. Menoch. de arb. cas. 201. num. 101. Selva. p. 3. quæst. 12. num. 21. & c. Sed in quacunque gratia provisiva. Lotter. num. 13. Dicta tamen regula locum non habet, sive non exprimendus certus modus vacandi, dum providetur tanquam devolutum. Garc. p. 11. c. 1. num. 7. Lotter. l. c. num. 143. cujus rationem vide apud me l. c. q. 10. n. 4. Sed &, dum beneficium vacat pluribus modis, sufficit exprimere unum. Chok. l. c.

3. Resp. tertio: In omnibus gratiis beneficialibus exprimendus mensis vacationis sub pena nullitatis vi regula 8. Gonz. ibidem gl. 32. à num. 1. Lotter. l. 3. quæst. 8. num. 79. vide me l. c. qu. 11.

Quæst. 60. Num etiam è contra exprimendum, beneficium de jure vacans non vacare de facto, seu possideri aut detineri adhuc ab alio?

Resp. Affirmativè juxta c. cum nostris. h. t. ubi, quòd impetratio beneficii vacantis ex eo irrita dicitur, quòd facta non fuerit mentio possessionis vel detentionis. Quippè supplicando pro eo tanquam vacante nulla facta mentione, quòd ab alio adhuc possideatur, intervenit sub vel obreptio per falsi suggestionem vel veri suppressionem juxta cit. c. cum nostris. §. auditor. Intelligenda tamen hæc de taciturnitate possessionis colorata (quam quò ad præsens punctum Lotter. loc. cit. num. 34. dicit censeri eam, in qua datur instantia possibilitatis tituli validi, etiam ex dispensatione, seu qualis est ea, quæ prætenditur ex legitimo, seu à jure non reprobato titulo, etsi hic revera non adfit ob defectum occultam, ut Abb. in cit. c. cum nostris. n. 17.) non verò de possessione notoriè decolorata. Abb. in c. jam nostris. num. 1. & 16. Barbof. ibid. num. 2. Garc. p. 10. c. 1. num. 48. Gonz. ad

E 2

Reg.